



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 481. Simplicii Pap. Annus 11 [i. e. 14]. Zenonis Imp. 8.
Odoacr. Reg. 6.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

a Sido. l. 4. epist. 14.

b Greg. Ta. de Glor. eccl. scilicet 32. XX.

XXI.

c Greg. de Glor. eccl. scilicet 34. XXII.

XXIII.

d Marcell. in Christo sub huius anni Confess.

ideo populum illum castitatis fuisse cultorem, ut deditus impudicitij Prefectus non nisi fugā sibi consultum esse putaret, quod pudicos Aruemenfes in seipsum tumultuan- tes euaderet. Certē quidem uirginitatis cultum hāc acate in ea Ecclesia floruisse, tum quā Sidonius, tām quā Gre- gorius posteris tradiderunt, declarant exempla. Et in pri- mis quod ad Sidonium spectat, minime laudat, scribens ad Aprum Aruemensem ciuem, Frontinam uirginem uerbis istis: Sed & mater tera tua hinc, & hinc fuit sanctior Frontina uirginibus, iam uerebatur mater, pater uerebatur, summa abstinentia puella, summi rigor u, ac fidei ingentis, sic Deum timens, ut ab hominibus timeretur. hāc Sidonius. Sed accipe ex Gregorio duobus præclatis hęc ipsa de cultu illiba- tæ uirginitatis Ecclesie Aruemenfis declarata exemplis: ait enim b:

Duos fuisse apud Aruenum, uirum scilicet & puellam, refert antiquitas, qui coniuncti coniugio, non coitu & in uo stratu quiescentes, non sunt ab alterutro polui in uoluptate carnali: post multos uero annos, cum eis esset latenter uita castissima, ex consensu pari uir tonsuratus ad clericatum, puella uero religiosum induit ues- timentum. Factum est autem, ut impletis diebus, uobis migraret à seculo idemque uir eius, preparata sepulchra exhibuit corpusculum ad sepeliendum. Cumq; eam sepulchro reconderet, præcans, quod inter eos conuenerat, elenati manibus ad caelum pandit, dicit: Gratias tibi, rerum omnium artifex, ago, quod sicut mihi eam commen- dasti dignatus es, ita tibi reddidi ab omni uoluptatis contagio im- pollutam. At illa subridens ait: Sile, sile uir Dei; quia non est necesse facere nostrum, nemine interro gante, secretum. Post hæc, obtecta operitorio crepuit.

Non post multum uero tempus & ipse migravit à seculo, sepul- chrusq; est in loco suo. Erat autem in uo quadam basilica, sed è diuersi partibus uirumque sepulchrum habebatur, & rymam quidem ad Meridiem, alterum ad Aquilonem. Manē autem facte, inuenta sunt pariter esse sepulchra, quæ usque hodie sic perdurant: idcirco nunc incolæ Quos Amantes uocant, & summo uenerantur hono- re. hęc ipse, quæ secundum ea facta esse noscuntur, quæ superius suis locis ex Tertulliano & alijs dictæ sunt, nempe frequentia fuisse in Ecclesia uera coniuga, sed quo ad commixtionem corporum simulata, dum frequentes es- sent repetiri in coniugali consortio uirgines. Sed & dig- num pariter existimamus, ut in Annales inferretur exem- plum de alia eiusdem ciuitatis sancta uirgine, quam & publi- cæ Ecclesiasticæ tabulæ scriptam retinet, & Catholi- cæ Ecclesia anniuersario cultu profequitur. Georgia huic nomen fuit, de qua ista Gregorius:

Fertur etiam fuisse in e Vrbe puella quadam religiosa atque deuota Deo: quæ in rare commanens, quo ab uiribica populatione sum- mota liberius digna Deo laudum hostias exhiberet, quotidie autem ieiunij & orationibus insistebat. Factum est tunc, ut mi- grans ab hoc mundo, ad basilicam oppidi causā spelienſis portaretur: Verum ubi leuato seretro corpus per uiam ferri cepisset, adue- niens grex magnus columbarum, super eam uolare cepit, atque hinc illic uolitando sequi quō hęc à proximis serebatur. Quā in basilica dicitur, grex totus super eam uisus est confedisse: Itaq; sepulta ad caele: euoluere columbae. Vnde non immerito Georgia nuncupata est, quæ sic exerceat mentem culturā spiritalis, ut adepto uirginitatis sexagesimi fructus prouentu, egressens de seculo, ca- lestibus honoraretur exequijs. hęc Gregorius, à nobis hic op- portunè relata, occasione Victorij Ducis & Comitiss, hoc anno præfecti cum alijs populis etiam Aruemenſibus, impudicā uitā eandem nobilem Ecclesiam labefactare non uerentis. At quod dicit debitum uirgini sexagesimi fructus prouentum; id ea de causā, quod centesimum pu- tauit martyri conuenire. Porro ipsius Georgiæ uirginis uotum, celebritas in Ecclesia Occidentali quintodecimo Kalendas Martias annis singulis agitur. At de rebus Gallicis satis.

De Orientalibus uero nihil hoc anno præterea, nisi quod Marcellinus de hoc prodigioso terræmotu, quo Constantinopolitana ciuitas agitata est, habet: 4: Vrbis regia Constantinopolis a siduo terræmotu quassata, magno perē sese affli- ctam deplanxit: ambe Troadensē porticus cadant: aliquante Eccle- sie uel scisse sunt, uel collapsæ: statua Theodorij Magni in foro Tau- ri super cochlidem columnam postea corruit, ductus fornicibus eius

fori collapsis. Hunc formidolosam diem Byzantij celebrant octaua Kalendas Octobris. hęc Marcellinus: quem subditam usque extore lapsam, dum quod fuit terræmotus sub Proclo mo- numentum (dictū enim die habent eius memoriam Gre- corum Menologia) ipse posteriori huic adscribit tetra- moti i: sed & Cedrenus ad aliud tempus refert. Quouis anno id acciderit, certe non nisi magnorum malorum cō- flat fuisse prænuncium; cum non solum malorum cō- stantinopolitana, sed totus planè Orbis ex Eutychiāno- rum turbis grauiori motu concussus sit. Sed ad res anni se- quentis tranſeamus.

IESV CHRISTI Annus 481.

SIMPLICII PAP. ANNUS II. ZENONIS IMP. 8. ODOACR. REG. 6.

CHRISTI annus quadringentesimus octogesima primus Placidum Consulē habuit: quo periclitanti sub gladio Gothici Imperio Orientali, & ipsi Constan- tinopolitane ciuitati in discrimen adductæ Deus in propi- tioso casu subuenit. Rem gestam ita narrat Euagrius: Per idem tempus Theodoricus Scythia genere contra Zenonem arma ferre parat, & copijs suis in Thracia collectis, bellum gerit aduersus Zenonem: agrisq; omnibus, qui ante pedes iacebant usque ad osium Ponti uastatus, parum aberat: quin Constantinopolim cepisset, nisi quidam ex illius maximè necessarios uelut mentes erga eum offensi consilium de illo interimendo iniussissent. Qui cum iurum intextisset maleuolentiam, retulit pedem, atque non adeo multo post in mortuorum numerum adscriptus est. Verum qua gene- re mortis occubuerit dicam quod ipsa habet. Pro castris cum hasta cuspidē bifidā in sublime suspensa fuit more barbarico. Deinde cor- pus suum agitare, exercereq; cupiens, equum sibi adduci iubet. Tum absque mora (causam etiam in alijs quoque rebus gerendis propati- ens esse soles) in equum insiluit. Equus autem, ut potè indomitus & ferox, cum nondum Theodoricus pedibus uirumque rite dispositis firmè insideret, pedes anteriores tollit in sublime, ac posterioribus solum insiluit reclus: adeo ut Theodoricus cum magna conuentione cum eo luctaretur, & neque anderet eum freno, ne in ipsum caderet, retrahere, neque adhuc in sella firmè sederet; huc illucq; sic uolua- retur, ut hasta suspensa cuspidem uolenter agitaret: qui in eum impadus, lauis grauior uulnerauit. Inde igitur lecto coalit de- cumbere, paucis post diebus ex eo uulnere periit. hucalique Eua- grius.

Id quidem hoc anno factum esse, Marcellinus testatur in Chronico, huncque esse Theodoricum Triarij filium tradit, eumque peruenisse usque ad Anaphum locum ad quartum lapidem Constantinopoli distantem, inde uero in Illyricum parālle iter, cum eo modo morte præuen- tus est. Ex quibus Iordanum, alias Iordanem dictum, redarguas, dum nō Theodoricum Triarij filium fuisse nar- rat, sed Valerium Amalun Gothorum Regem fratrem Theodomiri patris Theodorici Amali, qui hoc anno in Gothorum regnum successit: Quem (inquit Euagrius) Zeno Imperator, Euocariā desinatā, ad se in urbem Constanti- nopol. uenire præcepit, dignoq; suscipiens honore, uictor proceris sui Palaty collocauit. Et post aliquod tempus, ad ampliandum hono- rem eum in arma, eum sibi filium adoptauit, de suoq; stipendijs triumphum in vrbe donauit. sed id factum est, cum rebellan- tes Zenoni domesticos uicit in Oriente: quæ omnia præterierunt Iordanum. At agendum erit in his suo loco inferius.

Hoc eodem anno, quo numeratur Hunerici Wanda- lorum Regis quinque annos, biennium uero ante excita- tam d'ram persecutionem aduersus Africanam Eccle- siam, Deus (sicuti olim uisum factum temporibus san- ctissimi Cypriani Episcopi) multis signis futuram per- secutionem (ut Victor ait) pluribus demonstrauit, quo se- cundū præpararent ad pugnam. At quænam illa fuerint his ipse uerbis enarrat: Ante persecutionis tamen tempus, multo præuentionibus uisionibus & signis imminens demonstra-



VISIONES
DIVERSIS
OBTENTAS

IV.

tum fuerat malum. Nam ferme ante biennium quãdã fieret, vidit quidã Fausti Ecclesiam solito in ornatu fulgentem: & dãm Latætur tanti fulgoris candore. ceteri quoque fulgentibus, pallijsq. velaminibus lampadibusque radiantem: Subiit, ait, luminis illius conspicibilis extrinseus est fulgor, & tenebrũ succedentibus, aduersariorũ nariũ natus est fetor: omniq. illa dicatorum turba expellitur quibusdã a Ethiopia, minata est foras: ob hoc ingruer lamentatum, quòd eam in claritatem pristinã nequaquam viderit iterum restitutam. Nam visionem istã, nobis preteritis, sanctorum vultu Eugenio.

V.

Vidit & quidã presbyter ipsã Fausti Ecclesiam resertam turbis innumerabilibus populorum, & post paululum euacuatã, & resertã porcorum multitudinem atque caprarum. Item alius vidit arcam vitæ cum ventilatoriis paratã, grãnis adhuc ventilatori in iudicio necdum à paleis separatã: & dãm ingentem massã, licet confusã, magnitudinem miraretur: subitò ecce turbo veniens tempestatis sonitusq. statim cepit aduentum suum surgente puluere deus infraxerat: cuius impetu palea illa omni omnino voluit, remanentibus grãnis. Post hoc venit quidã procerus splendido vultu, habituq. nitido sitgens: & cepit grana vacua, macilentã atque similia grana reproba purgando proferre: quãdã ex ammans, vix magnitudinem illius massã licet probate, ad acerumq. tamen produxit exurgum.

VI.

Item alius ait: Stabat quidã precesibus super montem, qui Ziquensis dicitur, & clamabat dexterã laudatq.: Migrate, Migrateq. Alius confessus, rugiente celo atque turbato, sulphureas quibus, quã in ecclesiis caperentur lapides iacuclari: qui lapides dum incidissent in terram, plus accendebantur, & maioribus flammis ardebant, atque intrantes in penetralia domorum, quos inueniunt, incendebat. Qui autem vidit, ait, eum sem in quodã cubiculo abscondisset, miseratione diuina ad eum flamma non potuit peruenire: tunc ut illud propheticum compleretur: Claude os tuum, & absconde te pupillam alicuius oculi, donec pertransierit ira Dei.

VII.

Vidit & venerabilis Paulus Episcopus arborem vsque ad caelos ramis florentibus extensã, quã etiam dilatatione suã omnem peninẽ Africã occupabat: & cum videret eam magnitudinẽ & spectoitate gaudere. Ecce subitò (inquit) venit asinus violentus, qui defricas ceruicem suã super robur radicem eius, impulsu suo eam ingentis sonitus illam mirabilem arborem elisit ad terram. Sed & Quintimianus venerabilis Episcopus vidit se super quendam montem stare, de quo conspiciatã gregem innumerabilem ontium suarum, & in medio gregis dũa erant alia innumera bullientes. Aderant autem ontium occisores, quorum carne tolli bullientium demergabant. Et cum ita fieret, omni illa magnitudine conspurca est grex, hoc ergo illas duas ollas, Sicam Venetiam & Lariũam, duas esse ciuitates, in quibus multirudo prima fuerat congregata, & quibus incendij initium sumpsit, aut H onericã Regem, & Cyrolani Episcopum eius. Sed de multis visionibus, quã breuitate consueti quidã fuer, hac dicta sufficiat. hinculque Victor, Sic igitur secandum prophetiam illud dicit: De deus mententibus te significatiõnem, ut faziãnt, a facio ardu: accidit, ut hæc Deus voluerit ante biennium, hoc nimirum anno, Fideibus innotescere.

VIII.

Verũ et si persecutio ingruens instat grandinis ad biennium sit dilata: præcesserunt tamen furorem bellicum velitationes nonnullã, quibus diuersis in locis dita pecti contigit Christianos, atque primũ hoc tempore Hunericus insequi cepisse crudeliter suos, & illos pontificum, quos scilicet cum Catholicis Carthoites redditos in Catholicorum Ecclesiam conuenire: erant illi plures viri, que sexus mares & femina, qui diuino illustrati lumine, vbina esset dogmata veritas intelligentes, & ed emergentes è tenebris conueneret, qui quidem infelicissimi nõ solũ Catholicos fidei participes fieri meruerũt, & inter Catholicos adnumerati, sed digni habitu sunt ante omnes tormentorum gloria exornati, & ab aliqui eis martyrio coronari. Hos igitur ex hostibus abreptas manibus Africanã Ecclesia primũ omnium Domino consecrãuit, hæque ex hostiũ agro sacras primitias acceptas prãmisit in cælum. Quomoddã autem hæc acciderit, Victor, spector certaminis, res gestas verbis istis omni fide rellatas posteris tradidit, cum de S. Eugenij Carthagenensis Episcopi sancti operibus agit:

Cum fama eius esset celebris atque manifesta; cæperunt exinde

Arianorum Episcopi inuidi grauius quæsi, quordãnu (& præcipue cum Cyrela) calumnijs infestantes. Quid plurimum suggerunt de illis, ut suum nequaquam fideret thronum, neque Dei populo verbum saceret confuetum: deinde quoque in ares vel faminas in habitu barbaro ingentes in Ecclesia constitueret, prohiberet. Ille respondit, ut dicit: Domus Dei omnibus patet: surrante nihil poterit repellere: maxime quia ingens fuerat multitudo nostrarum Catholicorum in habitu illorum inscientium, ob hoc quòd domi Regia seruebant.

At ubi ab homine Dei tale responsum accepit; statuit in portis Ecclesie collocare torrõres: Qui videntes summam vel masculum in specie sua genti ambulantes, illic paleis inuoribus dentatũ tactũ in capite; criuiduz, in eisdem colligatũ, ac uementibus stringentes, simul cum capillis omnem pelliculam capitis auferbant. Nonnulli, dum hoc fieret, statim oculos amiserunt; alij ipso dolore defuncti sunt: moxq. vero post hanc penam capitiũ pelle nudatis, præcone præconite, per plateas ad ostensionem totius ciuitatis ducebantur: quòd sibi magis, quã patrebat, lucrum maximum computabant; quorum nos plurimos nouimus; nec si minus eorum aliquem suã etiam panis vigentibus à regio itinere destitisse.

At ubi modo fides insperare non ualuit murum; cogitat ut nostrã religionẽ homines in aula eius constituit, neque annonas, neque stipendia solita potirentur: addit quoque & laboribus eos conterere rusticis. Dirigit viros ingeniosos & admodũ delicatos ad campam V ricesentem, ut sub ardente solis incendio caepites molam descarent: ubi omnes eam gaudio pergentes, in Domino letabantur. In quorum centibus quidã sunt aridam habent manum, quã per annos quamplurimos nullam ei præstiterat obsequium: qui eam veraciter excusaret se operari non posse, magis uolenter iussu istã pergere. Sed ubi ad locum uentam est, & præsertim pro eo orando ingemuerunt omnes pietate diuina, illa arida molam consessorũ restituta est manus. hoc quidem idcirco Deus uoluit signum palatũ edi, ut manifestum omnibus fieret, stare Deum in castris filiorum Israel, & ubi Deum esse Catholicũ, ubi Deus esset, certõ certius reddiderunt expressum, Deo ipso miraculorum testificatione loquenti, immo clamante. Sed ne ceptam tyrannus profecerat turper cutionem, timore inorum callauit ab hertitus, unde in suos gentes gladium conuertit.

Quas enim post hæc in suos Hunericus dominandi cupidine ebrius tyrannicẽ carnificinas exercuit, idem Victor ita dicit: Ipse autem Hunericus, qui se iam dudum omnino lenem offenserat, desiderans post obitum suum (quod nos contigit) regnum statuere: Theodorici fratrem, filiosq. eius Genonũq. fratres nihilominus filios crudeliter cepit insequi: quorum nullam dimitteret, nisi ei mors desiderij sui uoluntatem aut ferret. Primõ sciens uxorem Theodorici fratris astutam, credo ne forte maritum, qui maiorem filium, qui prudens & sapiens videbatur, consilio acrioribus aduersus tyrannum armasset crimina: apposito, gladio eam interfecit: Post occidit & ille filium magnum litteris instructum, cui secundũ constitutionem Genetricis, ed quidã maior omnibus esset, regnum inter nepotes gotisimũ debebatur.

Accenditur adhuc crudelitas, aliquid perpetrare: Affante vulgo, in media ciuitate pro gradibus platearum, Episcopum suã religionis, nomine leandrum, quem Patriarcham vocabant, præcepit incendio concremari, ob hoc, quòd in domo Theodorici germani Regis acceptissimum habebatur, cuius forte suffragio memorata domus regnum poterat obtinere. In quo impetatus scelere futurum nobis adesse prospeximus malum, aientes singuli idcirco nobis: qui in suo ita crudeliter effectũ est sacerdoti; quando nostra religioni, vel nobis parceretur iste est: Tunc & Genonũ maiorem filium, nomine Godagysus, cum uxore, abque solatio seruili aut ancille, crudeli exilio relegauit. Fratrem uero Theodorici post occisionem uxoris & filij nudum atque desperatum similitær exulauit. Post eadẽ mortem, filium, qui supererat, insensatum, duasque filias eius adultas impostas asinus longius affiuvendo protecit. Sed & Comites quamplurimos & nobiles gentis suã obrectantibus se infestans, ob hoc, quòd germano fauerent, alo incendit, alios uigilant, imitator Genetricis patris, qui sui fratris uxorem, ligato pondere lapidum, in Amisagam fluuium Certensẽ famosum iactando demersit, & post necem matris etiam filios interfecit.

IX.

DIRA PAS
SICUI VE
NIEDAN)
AD ECCL
SIAM.

X.

QVIB IN
DOMUS)
COI CA
THOLI
COR HV
NERIC.

XI.

C Victor de
Vandal
lib 2
HUNERIC
DIRAM
TYRAN
NIDEM
SVOS EX
ERCYIT.

XII.

PATRIAR
CHA ARI
NORVM
INCENSVS

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XIII. HVNERI CVS CON TRA PA TRIS PRA CEPTA SAPIT.

XIV.

Sed & multos et Genfericus pater moriens, sacramento interposito, commendauerat: quos ille immemor fidei, & sacramenti violator, diuersis penis & in cenegis trucidauit. Nam Heldicam quemdam, quem pater eius Praepositum fecerat regis, iam veteranum atque annosum cum dedecore capite struncantem, cuius, xxx. rentium alia nomine Teucaria in medio ciuitatis incendit: quarum corpora per vicos & plateas trahi mandauit: quae tota die iacencia, rogata a suis Episcopis, vix vespere sepeliri conuulsi. Gamuth namque Holdice fratrem, quia ad Ecclesiam eorum confugerat, occidere non poterat: quem tamen in loco latinarum obsecro conuulsi, tempore, multo eum ibi degerat: postea cum caprario quodam & rustico ad faciendas serbes vineis profuturas condemnauit: quos etiam duodecim per annum, id est, per singulos menses flagella & crudelibus dissipat, vix modico a qua cibario, pane concessio hoc per quinque vel amplius perpegi sunt annos, quibus hac supplicia proficere poterant ad aeternam mercedem, si Catholici fuissent, & fidei suae merito illa perferrent.

Sed ideo istud flere nequimus, vt impietatem Regu etiam in suos minime sterneremus: qui non solum Episcopum suum locundum (vt superius demonstrauimus) suauiter adhibuit, sed & presbyteros & diaconos suos, id est, Arianos quamplurimos ipse adit, nec non & desigmo aucepit. Amputatu igitur in breui omnibus, quos timebat, & solidans sibi (vt putabat) regnum, quod breue fuerat & caducum, omni ex parte otioso atque securus vniuersa tela furoris in persecutionem Ecclesia Catholicae sicut leo ragnens conuertit. haec Victor: qui cum sub dat, post biennium esse ceptam persecutionem, aequo ad duos annos hanc persecuta esse ipsius tyrannidem in suos plerumque intelligere: vt non mireris, si qui hoc anno cepit insequi fidos ad Ecclesiam Catholicorum confluentes, a persecutione cessarit, conuersus ad eadem suorum, quos suspicio reddiderat infensissimos hostes. Quae autem haec facta, ordine seruaturo temporum, inferius dicemus.

IESV CHRISTI

Annus 481.

SIMPLICII PAP. ZENONIS IMP. 9. ANNI 12. ODOACR. REG. 7. 6

I. CALENDION ELIGI TVR ETI SCOP AN TYOCHI.

a Euag. Lz. cap. 10. x

b Simp. ep. 14.

QVADRAGESIMVS octogimus secundus Re demptoris annos Consulatu Deueritini in publicis ad scriptus est monumentis: quo Stephanus Iunior Antiochenus Episcopus tertio sua sedis anno ex hac vita migravit: statimque in eius locum electus est Calendion Episcopus, moxque a collecta ibi Synodo directus est Anastasius Episcopus ad Comanum Pontificem, ex more, vt eius electionem ratam haberet. Fuit iste quidem Catholicus, qui & (vt Euagrius ait) omnes, qui ipsum adhibant, induxit, vt tum haeretico Timotheo, tum literis Basilicenses generationem ad omnes scriptis anathemam diceret. Probasse autem sanctum Simplicium Papam Calendionem electionem, litterae ipsius ad Acacium Episcopum Constantinopolitanum datae significant, quae sic se habent:

Simplicium Episcopum Acacio Episcopo Constantinopolitano.

II.

Antiocheni exordium sacerdotis quae ratione fuerit seruis indicatur, quamuis minime nos latere potuerit: tamen & ipse, vel Synodus illius indicauit. Quod sicut non optauimus fieri, ita faciles excusationi, quam necessitas fecit, exiimus: quia quod voluntarium non est, vocari non potest in reatum. Et ideo per fratrem & Coepiscopum nostrum Anastasium, qui ex praedicta regione directus est, litteris quoque tuae dilectioni acceptis, alterum vicissitudinem sermonis tuae reddimus charitati. Necessario frater & Coepiscopi nostri Calendionem sacerdotum gremio Apostolica sedis amplexi, in consortium nostrum per gratiam Christi Dei nostri tanta vrbis Antiochicae collegii vniione numerare. Miramur autem, nihil nos de statu Alexandriae Ecclesiae, te instruente, distulisse, quem nunc ita habere se comprimus, vt improbitate occasione obitus sanctae memoriae Timothei eandem Ecclesiam conuertur habere captiuam. Vnde agendum est dilectioni tuae cum clemencia

SONTIR. CALENDIONIS ELECTIO A ROM PON TIFICE.

tissimo Principe, ne conuelleretur sub eius Imperio, quod tyrannus temporibus potius obtineri. Datum Idibus Iulij Sceturio V. C. Consule.

Factum autem fuisse Episcopum Calendionem, non vt praedecessor ipsius ab Acacio Constantinopolitano Episcopo, sed contra eius voluntatem, ex eo patet, quod paulo post opera eiusdem Acacii ipso Calendione pulso, in eius locum Petrus est relictus, quem Felix Papa primo suae sedis anno deposuit. Simul enim ac de quibusdam Acacius in electione Stephani Episcopi Antiocheni necesse fuit sibi credita primatus dulcedinem: factus est, non plius, quam hunc ipsum scire, & vndique sibi capite, licet grauius totius Ecclesiae scandalo, indelesso studio, malisque artibus arripere ad obitum vsque numquam desistit: vt quae inferius dicturi sumus, abunde factis significationibus.

Quod vero ad Calendionem pertinet: quo tempore in sede pacifice egit, illud inter alia memoria dignum operatus est, vt sacras reliquias sancti Eustathij Antiocheni Episcopi, qui Niceno Concilio interfuit, & fidei protegenda causa exilium passus, gloriosus confessor occubuit, a Zenone Imp. impetraret, vt Antiochiam transferret. Est huius rei auctor Theodoros Leitor, cum ait: Calendionem perit a Zenone Eustathij reliquias & Philippo Maccedoniae, ubi ille in exilio mortuus fuerat, Antiochiam delulit: quae maximum honore exceperunt. Tota siquidem ciuitas, & omnis aetas, vt ad dicam, ad decem & octo militaria vrbem in occursum illarum egressa est. Qui vero ad id vsque tempora separati ac disti per Eustathium fuerunt, Ecclesiae post centum annos a morte illius restituti sunt. haec Theodoros.

Verum ante haec tempora Eustathianos alij se iunxerunt Catholicis, quae superius dicta sunt, facile ostendere possunt. Sed & error in numero reperitur, cum amplius quam centum annos ab obitu Eustathij in hunc vsque annum numerare contingat: cum eum constet paulo post Nicenum Concilium, quod est celebratum anno Domini trecentesimo vigesimo quinto, in exilium deportatum. Sed quid accidit? Sicut enim qui recipit Propheram in nomine Propheretae, mercedem Propheretae accipit: ita plane qui recipit Confessorem in nomine Confessoris, confessionis palmam est consecutus: nam Calendion dignus est habitus & exili causa durum exilium pati, & confessionis gloria decorus occumbere, quomodo autem id accidit, Euagrius ita narrat:

Calendion Antistes Antiochia scribens ad Imperatorem Zenonem & Acacium Constantinopolitanum Episcopum, Petrum non solum adulterum vocat (illum Mogum scilicet, qui Alexandrinam Ecclesiam inuoluerat) verum etiam eum cum esset Alexandria Chalcedonensi Concilio anathema indixisse asserit. Qui postea ad incolendam Oasim deterrimus omnium exilium cedere natus fuit, quod partes illi, Leonij & Pamphili contra Zenonem fouebat, ita plane hoc velamento criminis maiestatu Catholicis Antistes expulsus est ab haereticis, Acacio id machinare, vt Gelasius multiplicibus querelis exaggecat. Post amorum Calendionem (subdit Euagrius) Petrus cognomento Cnaphen, qui ante Calendionem & Stephanum Episcopum fuit (vt supra dixi) Antiochia propriam sedem recuperauit, qui & epistola subscripsit Zenoni de concordia, & Synodales litteras ad Petrum Mogum Alexandrinum Episcopum scripsit. haec de Petro Cnaphen suo Fullone dicto Euagrius. Addit his Gelasius in epistola ad Dardanos, datum fuisse criminis sancto Calendioni, quod nomen Zenonis Imperatoris est Dipychis abstulerit, quod si legit, ea ratione ab eo factum quod dicitur, quod idem Imperator cum haereticis communicaret.

Sed de Petro Fullone quid accidit? Simulaciste thronum contendit, palam haereticum promulgauit, & illam quidem nimis enormem sepe ante damnatam, Theopitatum dictam, dum non vnam tantum de Trinitate personam passam esse diceret, sed ipsi sanctissime Trinitati in Trilagio hymno crucem adscriberet: quod quidem vehementer commouit Orientales Episcopos. Quomodo autem ipsum illi ad mouere, nec non Romanum Pontifex, dicitur anno sequenti, quo blaphemix istae in Occiden-

III.

IV.

V.

VI.

VII.

VIII.

IX.

X.

XI.